



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Bartholomævs Ap. 24. August.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

in caru à beatis mentibus stipari, ab ove & leone trahi, videri caeleste donum atri coloris vestem sibi porrigere. Prodigium hoc alterum sub noctem excepit, cum ab eadem **DOMINA** servos ejus accodere est jussus. Et verò accessit pulcherrima appendix, egitque aliquamdiu in spelæo nomine ipsius hodie nobilitato, & fonte, quem ego è lactem, quas oppidò multas illic fudit, enatum credo. Inde famâ nominis sui factorumque tam inclaruit, ut iis permoti purpurati Romæ Patres ad clavum Ecclesiæ vocare cogitarent; sed ille summos honores humili fugâ elusit, & Arretij, cum sime ultimâ socij premerentur, ante imaginem **HERÆ** suæ in ò aturnalia sportas geminas candidissimis panibus onustas abstulit. Ad extremum è Germaniâ (quò magno hujus bono **Rudolphus Imp.** invitarat) Florentiam redux primò omnium **VIRGINIS** templum ingressus, & ante ejus aram in genua abjectus, *Hæc requies mea*, exclamavit. Vatem sibi fuisse, ipso Assumptæ in cælos **DOMINAE** morbus, tum octavo ab illo mors ostendit. **VITAE** testimonium ad tumbam ejus claudi manciq̄, quin adeò muti mortuique loquuntur. *Ex Archang. Iano.*

Agnoscit Virgo, & diligit diligentes se, & propè se in veritate invocantibus se, præsertim his, quos videt conformes sibi factos in castitate, & humilitate, & totam spem suam, post filium suum, in ea posuerint, & toto corde quæsierint. S. Bern. in serm. super Salve Regina.

S. BARTHOLOMÆVS AP. 24. August.
Vit, qui BARTHOLOMÆVM in purpurâ natum svelint. Sanè obisse purpuratum nemo negavit. Ut Deum in vota sua flecteret, genua centies
R 3 die,

die, toties noctu fertur flexisse. Cùm deinde orbis XII. viris in totidem provincias cecidisset, subigendis CHRISTO populis, diu collega Philippo fuit; post huius verò triumphum, in Indiam & Armeniam majorem movit. Hic loci ad ejus faciendam continuò malorum dæmonum simulachra obmutuerent, & torqueri se immaniter à BARTHOLOMÆO clamitarunt. Proinde orci larvæ è cive, itemque Regis Polymii filiâ facile abegit. Eam ob rem cùm Rex onustus illi auto gemmis, camelos transmisisset, remissis omnibus, eidem significari iussit, minimè harum rerum mercatorem se agere, sed animarum, quas si cælo intulisset, tum demum lucrum ingens se fecisse existimaturum. His igitur Rex permotus non difficulter manus illi dedit, à quo ipsi Dii victos se esse fatebantur, traxitque suo exemplo cum liberis regni bene magnam partem. At Astyages Regis frater nuntium quantum hoc nuntio exacerbatus, pellem vivo detraxit BARTHOLOMÆO, & capite truncavit. Quid adhæc vos, qui pellem laudè acenti dè habetis, qui aqualiculo fulcitis? necdum gustam ad cæli atria portam creditis! Ex *Bro- Petro de Natal. & Lippelo.*

Non caret regiâ potestate. qui corpori suo non rationabiliter imperare: verè enim dominator est terra, qui carnem suam regi legibus disciplina. S. Aug. l. de verâ innocentia.

S. AVDOENVVS EP. 24. Augusti.

ANulum Dagoberti Regis AVDOENVVS curabat, ipse anuli pulcherrima gemma Officium suo tunc se fungi arbitrabatur, si Regem sui commonefecisset, Pauperum pater amantissimus.